

dit principio via sua, ante opera sua, ante ullum tempus, Prov.8.
22. cuius egressiones ab initio à diebus eternitatis, Mich. 5. 2. per
quem sibi cooperantem è nihilo creavit omnia. Joh.1.1.17.5. non ut
per instrumentum (quia & de Patre idem legitur, Rom.11.36. esse
di autem tu natus) sed per illum qui ejusdem est potentia. Quia enim
operatur Pater, eadem & Filius omnes operatur, Joh.5.19. unde &
πεντεκοντα πάντες καὶ οὐδεὶς δicitur, Col.1.15.

XXII.

Qui Pater etiam via sua infinita & consubstantiali, id est Spi-
ritu Sancto, à Patre & Filio procedente Gal.4.6. (cum Spiritus Pa-
tris & Filii inseparabilis, Rom.8.9. & Spiritum Filii esse, idem sit, ac
esse à Filio) omnia pro aeterna sua Providentia tuetur & admi-
nistrat.

XXIII.

Filius est verus Iehova Deus, secunda divinitatis Persona, Pa-
tri coaternus, consubstantialis, & per omnia aequalis, utpote chara-
cterū ποστός & Patris, & non minus quam Pater, Deus est Filius, id
est, essentia divina est Filius, & iterum Filius est Deus, non tamen
simpliciter, sed & quia ex genitu, quia non essentiā, sed Personam in
unitate essentiā Pater aeternus genuit. Etenim si essentia simpliciter
sic dicta genita esset, ipse Pater dici posset Pater Dei, ut Filius Filius
Dei dicitur, quo nihil in Theologicis absurdius. Si etiam sermo sim-
pliciter esset Deus, interea non haberet aliquid proprium, perperam
dixisset Johannes semper fuisse apud Deum. Agnoscimus igitur
Patrem, quā Pater, priorem esse Filio, non temporis & aevi, sed ori-
ginis & ποστός prioritate, quanto usus Persona Filius, quā genita &
filiata, principium à Patre habet.

XXIV.

Cum ergo dicimus, hic ex illo natus est, non quid sit, sed unde
sit declaramus, ἡγεμονία enim quae unidatur Patris significat à nullo
Patrem esse, non autem solum Patrem & sicut esse, quia & Filius quo-
ad essentiam ἀγένητο est, quod ad modum vero subsistendi ποστός in
Sacris